laudis semper deo, id est fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficientie autem et communionis nolite oblivisci: talibus enim hostiis promeretur deus. Obedite prepositis vestris et subiacete eis. Ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant et non gementes. Hoc enim non expedit vobis. Orate pro nobis. Confidimus enim quia bonam conscientiam habemus in omnibus bene volentes conversari. Amplius autem deprecor vos hoc facere quo celerius restituar vobis. Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnum ovium in sanguine testamenti eterni dominum nostrum iesum christum aptet vos in omni opere bono ut faciatis voluntatem eius, faciens in vobis quod placeat coram se per iesum christum cui est gloria in secula seculorum amen. Rogo autem vos fratres ut sufferatis verbum solacii, etenim per paucis scripsi vobis. Cognoscite fratrem nostrum timotheum dimissum, cum quo si celerius venerit videbo vos. Salutate omnes prepositos vestros et omnes sanctos. Salutant vos de ytalia fratres. Gratia cum omnibus vobis. Amen.

Expliciunt epistole pauli....

Incipit prologus in epistolas canonicas.

Non ita est ordo apud grecos qui integre sapiunt et fidem rectam sectantur epistolarum septem que canonice nuncupantur sicut in latinis codicibus invenitur, ut quia petrus primus est in numero apostolorum, prime sint etiam eius epistole in ordine ceterarum. Sed sicut evangelistas dudum ad veritatis lineam correximus, ita has proprio ordini deo nos iuvante reddidimus. Est enim prima earum una iacobi, petri due, iohannis tres, et iude una. Que si ut ab eis digeste sunt ita quoque ab interpretibus fideliter in latinum eloquium verterentur, nec ambiguitatem legentibus facerent, nec sermonum sese varietas impugnaret, illo precipue loco ubi de unitate trinitatis in prima iohannis epistola positum legimus. In qua etiam ab infidelibus translatoribus multum erratum esse a fidei veritate comperimus, trium tantummodo vocabula, hoc est aque sanguinis et spiritus, in ipsa sua editione ponentibus, et patris verbique ac spiritus testimonium omittentibus. In quo maxime et fides catholica roboratur, et patris et filii et spiritus sancti una divinitatis substantia comprobatur. In ceteris vero epistolis quantum a nostra aliorum distet editio, lectoris prudentie derelinquo. Sed tu virgo christi eustochium dum a me inpensius scripture veritatem inquiris, meam quodammodo senectutem

dentibus invidorum concedenda crederem
qui me scriptorem falsarium corruptoremque
sanctarum pronuntiant scripturarum.
Sed ego in tali opere nec emulorum
meorum invidentiam pertimesco. nec
sancte scripture veritatem poscentibus
denegabo. Explicit prologus. Inci
Iacobus pit epistola iacobi.
dei ac domini nostri ihesu christi servus.
duodecim tribubus que sunt in dis
persione salutem. Omne gaudi
um existimate fratres mei: cum
in temptationes varias inci
deritis. scientes quod probatio fidei
vestre patientiam operatur. patientia autem
opus perfectum habet. ut sitis per
fecti et integri: in nullo deficien
tes. Si quis autem indiget sapientia:
postulet a deo qui dat omnibus af
fluenter et non improperat. et
dabitur ei. Postulet autem in fide
nichil hesitans. Qui autem hesitat
similis est fluctui maris. qui a vento
movetur et circumfertur. Non ergo exi
stimet homo ille quod accipiat
aliquid a domino. Vir duplex animo:
inconstans est in omnibus viis su
is. Glorietur autem frater humilis in
exaltatione sua: dives autem
in humilitate sua. quoniam sicut
flos feni transibit. Exortus est sol
cum ardore et arefecit fenum et flos
eius decidit: et decor vultus eius
deperiit. ita et dives in itineribus

suis marcescit. Beatus vir qui
suffert temptationem. quoniam cum probatus
fuerit accipiet coronam vite: quam
repromisit deus diligentibus
se. Nemo cum temptatur dicat. quoniam
a deo temptatur. Deus enim intemp
tator malorum est. Ipse enim neminem
temptat. Unusquisque vero temp
tatur: a concupiscentia sua abstrac
tus et illectus. Deinde concupiscentia
cum conceperit parit peccatum. Peccatum
vero cum consummatum fuerit: ge
nerat mortem. Nolite itaque errare
fratres mei dilectissimi. Omne datum
optimum. et omne donum perfectum de
sursum est: descendens a patre lumi
num. Apud quem non est transmutatio.
nec vicissitudinis obumbratio. Vol
untarie enim nos genuit verbo
veritatis. ut simus initium aliquod
eius creature. Scitis fratres mei di
lectissimi. Sit autem omnis homo
velox ad audiendum. tardus autem
ad loquendum et tardus ad iram. Ira
enim viri: iusticiam dei non operatur.
Propter quod abicientes omnem
immunditiam et habundantiam ma
licie in mansuetudine suscipite
verbum insitum: quod potest salvare
animas vestras. Estote autem factores
verbi et non auditores tantum: fallen
tes vos metipsos. quia si quis auditor
est verbi et non factor: hic comparabitur
viro consideranti vultum nativitatis